



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio quarta. Vtrum bona spiritualia sint dimittenda propter peccatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. III. Distinctio. XXXVIII.

peccandi quando præter intentionem operantis & conditionem operis inducitur aliquis male dispositus ad peccandum, puta cum quis inuidet bonis aliorum, & rūc ille qui facit ralem actum rectum non dat alteri occasionem peccandi, sed alius sumit: & ideo hic est scandalum pastoriuum sine actiuo, quia ille qui recte agit non dat occasio- nem ruinæ quam alter patitur. Contingit ergo quandoq; quod simul sit scandalum in uno actiuo & pastoriuum in altero, puta cum ad inductionem vnius alius peccat, quā- dog; vero est pastoriuum sine actiuo, vt cum aliquis inducit aliun verbo vel factu ad peccandum & ille non cōscient; quandoq; vero est pastoriuum sine actiuo, vt iam dictum est & sic patet primum, scilicet quid sit scandalum, & qualiter distinguitur in actiuo & pastoriuum.

*Tho. art. 2.* **Q**uantum ad secundum scandolum est quod scandalum pastoriuum nunquam est sine culpa scandalizanti, nec actiuo sine culpa scandalizanti, sed pastoriuum quandoq; est sine culpa scandalizanti, & actiuo sine culpa scandalizati. Primum patet: quia omnis ruina spiritualis est peccatum in eo qui ruit, sed scandalum pastoriuum est spiritualis ruina scandalizati, ergo est peccatum in eo. Secundum patet: quia omne scandalum actiuo vel est peccatum vel habet speciem peccati: si sic, habetur propositum, si vero non sit de se peccatum, sed habet de se speciem peccati, vt come- dere idoli olympos coram infirmis debet ex charitate dimitti ad caendum lesionem proximi, & qui non dimittit contra charitatem agit, sicut dicit Apostolus Rom. 14. Si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas, ergo omne tale scandalum est pecca- tum in facientibus ipsum. Tertium patet ex dictis in primo articulo, quia quandoq; est scandalum actiuo sine pastoriuum & pastoriuum sine actiuo.

*Tho. art. 3.* **Q**uantum ad tertium dicendum quod scandalum pastoriuum nō est speciale peccatum, nec scandalum actiuo quando præter intentionem scandalizanti, quod pa- ter vñico medio: quia ex dicto & facto vñius contingit ruere alium in factum vel dictu simile, sed hoc potest esse in vitroq;, scilicet in principali agente & imitante secun- dum quodlibet genus peccati, nec est ibi specialis circum- stancia trahens ad determinatam speciem peccati, ergo scandalum pastoriuum & actiuo quod est præter intentionem agentis non est speciale peccatum: scandalum vero actiuo quando est ex intentione agentis est speciale pec- catum, quia quod opponitur speciali virtuti est speciale peccatum, sed scandalum actiuo cum procedit ex inten- tione agentis opponitur speciali virtuti, scilicet charitati prout imperat correctione fraternali, scandalizans enim intendit alium corrumpere, sicut corripiens alium emen- dare, ergo tale scandalum est speciale peccatum: & sic scandalizans duplicitate peccat, scilicet ex genere præi operis, & ex intentione peruersi finis.

**3 AD.** primum arg. dicendum quod scandalum non sumitur ibi propriè, sed largè præ quo libet impediri, volebat enim Petrus passionem. Christi impedit & ex quodam pietatis affectu non intendens, nec ex verbo suo inducens Christum ad aliquid illicitum, sed ignorans di- mitem secretum.

Ad secundum dicendum quod scandalum Phariseo rum fuit tantum tantum cui non respondit in Christo aliquod scandalum actiuo, & ideo ipsi peccauerūt non autem Christus.

QVÆSTIO. QVARTA.

Vtrum bona spiritualia sint dimittenda  
propter scandalum.

*Tho. 2.2. q. 43. art. 7.*

**S**ecundo quæriuntur vtrum bona spiritualia sint dimis- tenda propter scandalum. Et videtur quod sic, quia Hieronymus dicit quod dimittendum est propter scandalum omne quod potest dimitti salua tripli virtute, scilicet vi- te, iustitia & doctrina, sed multa bona spiritualia posse sunt dimitti salua hac triplici virtute, sicut ad impletio- nes illiorum & largitio elemosynarum, alioquin semper pec- carent qui ista bona prætermitterent, ergo ista sunt pro- pter scandalum dimittenda.

**3** Item doctrina sacra, correctio fraterna, punire delis-

Quæstio IIII.

384

ta sunt quedam opera spiritualia, & tamen sunt propter scandalum dimittenda, ergo &c. Minor patet de doctrina quod sit dimittenda propter scandalum, quia Mat. 7. dicitur: nolite sanctum dare canibus, neque margaritas vestras spargatis ante porcos, ne conuersi corrumpant vos. Cor- rectionem etiam fraternalm dicit Aug. dimittendam propter scandalum, primo de ciui. Dei, similiter & punio pectorum dimittenda est vbi timetur schismatis pericu- lum, vt dicit Augustinus, in epistola contra Permantianum,

quæco vero est pastoriuum sine actiuo, vt cum aliquis inducit aliun verbo vel factu ad peccandum & ille non cōscient; quandoq; vero est pastoriuum sine actiuo, vt iam dictum est & sic patet primum, scilicet quid sit scandalum, & qualiter distinguitur in actiuo & pastoriuum.

*Tho. art. 2.* **Q**uantum ad secundum scandolum est quod scandalum

**4 R E S P O N S I O.** Quæstio ista locum non habet de scandalio actiuo, quia scandalum actiuo est dictu vel factum malum, vel habens speciem mali, sed bona opera spiritualia non sunt mala, quia iam non essent bona, nec habent speciem mali, cum pertineant ad necessitatem sa- lutis, vel ad eius perfectionem, ergo non possunt cu scandalio actiuo fieri. Restat ergo vt loquitur intelligatur quæstio de scandalio pastoriuum. Et circa hoc videnda sunt duo. Pri- mum est an opera spiritualia sint dimittenda ne alias scā- dalizetur. Secundum est an bona temporalia sint dimis- tenda ei qui vult ea accipere vel non repentina ab eo qui iam habet, si timeatur eius scandalum.

**5** Quantum ad primum scandolum est quod quedam bona spiritualia sunt de necessitate salutis, quae non pos- sunt prætermitti sine peccato mortali, alia vero sunt supererogationis. Prima nō debent prætermitti propter quodcu scandalum, quia nullus debet peccare mortaliter, vt aliquis vult quodcumque peccatum, quia secundum ordinem charitatis quilibet tenetur plus sibi quam alteri, sed prima bona non possunt prætermitti sine peccato mortali cum sint de necessitate salutis, ergo &c. Circa vero bona supererogationis, vt est ingressus religionis vel quæcumque alia que non sunt de necessitate salutis, distinguendum est de scandalio quod ex eis oritur, quia aut procedit ex malitia, vt cum aliqui dicunt se scandalizatos & in aliis scandalis suscitant ad impediendum talia bona, & hoc est scandalum Phariseorum qui de doctrina domini scanda- lizabantur Mat. 18. & Apostolus Rom. 9. & 1. Corint. 8. & tale scandalum contemendum est exemplo domini, nec propter ipsum aliquod bonum opus supererogationis est dimittendum. Et tale est frequenter scandalum propria- quorum carnalium de ingressu religionis, de quo Hiero- ad Eliodorum dicit. Licer in limine iaceat pater, per calca- tum patrem perge, & fixis oculis ad vexillum crucis euoa- ia. Solum pietatis genus est in hac re crudelem esse. Quæ- doque vero scandalum procedit ex infirmitate vel igno- ranzia, ibi docet dominus vitare Mat. 18. & Apostolus Rom. 14. & 1. Cor. 8. & propter tale scandalum vitandum bona spiritualia quae non sunt de necessitate salutis vel sunt occulta, vel ad tempus differenda, quo usq; redditia ratione instruantur: alii quod non debent ex talibus scandalizari, sed potius adificari. Si autem post redditum rationem & debitam institutionem adhuc scandalum du- ret, iam videtur ex malitia procedere & non ex ignoran- tia: & tunc nihil de prædictis est propter tale scandalum dimittendum. & sic patet primum.

**6** Quantum ad secundum distinguendum est: quia bona temporalia aut sunt nostra, aut sunt nobis commissa ad conseruandum, vt ea que sunt disposita, vel ad conser- uandum & dispensandu pro communitate, sicut bona ecclie, committuntur praefatis & rectoribus reipublice. Si autem sunt commissa ad conseruandum vel dispensandum, tunc propter nullum scandalum sunt dimittenda usurpa- tibus, sed sunt repetenda saluis debitis circumstantiis que debent in talibus obseruari. Cuius ratio est quia fidelis custodia & dispensatio talium incumbit his quibus com- missa est ex necessitate præcepiti, & ideo sicut præceptum non est omittendum propter scandalum, sic nec illud. Si autem sunt nostra, tunc sicut prius aut scandalum ori- tur ex malitia alicuius alienum volenti usurpare vel deti- nere.

### Magistri Durandi de

nere, & istud est paruipendēdūm, tūm quā nōceret bono cōmuni: daretur enim malis occasio rapiendo aliena, tūm quā nōceret rapientibus qui iniuste rapiendo vel retenendo alienum peccarent. Vnde Greg. dicit in moralī, loquēs de rapientibus aliena: Quidā seruata æquitate prohibens di sunt non sola cura nostra subtrahat̄, sed ne rapientes non sua semper nos perdant. Aut scandalum oritur ex signoriatā quod dicitur scandalum pūllorum, & propter illud dimittenda sunt temporalia ad tempus quo usq; fedetur scandalum per admonitionem, vel per aliquā alium modum: si autem post sufficiētēm admonitionem & sufficiētēm instrūctionē scandalum non sedatur, perfectionis eis sua dimittere, sed non necessitatē, & quandoq; non est perfectionis, cūm creditur quod repetendo quod aliis iniuste decinet, vel negando quod iniuste perit, illle dirigatur ad cognitionē veritatis.

7. Quę autem sunt indifferētia, sicut comedere carnes vel abstiner omnino dimittēdā sunt quandiu durat scandalum pūllorum. Vnde Aug. dicit in libro de sermonē domini in monte: Dandum est quod nec tibi nec alteri noceat, & cūm negaueris quidē perit, indicanda est ei iustitia, & melius ei aliquid dabis cūm perētem iniuste, corixeris. Apostolus autē qui videtur dicere, i. Cor. 8, quod repetere fia in iudicio sit delicta, loquitur in casu in quo fidēles de nouo cōuerſiā ad fidēm trahēbant se ad iudicium infidelium, quod erat in periculō subversiōnis fidēi, pro eo quod partes litigantes quārunt fauorem iudicis, & do minus (qui dicit Mat. 5, Ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunc tam tuollere, dimite ei & pallium) loquitur de consilio: vel si p̄ceptum, intelligendum est, vt Aug. dicit, secundum p̄parationē animi, ut scilicet homo paratus sit talia facere, si hoc expediāt p̄missionē fidei, & bonorum morum.

8. AD primum arg. dicendum quod in veritate vīte, doctrina, & iustitiae non solum cōprehendit illud quod est de necessitate salutis, sed etiam id per quod perfectus peruenit ad salutem, ut cōfilia & elemosyna, vnde haec non sunt propter scandalum etiam pūllorum simpliciter omittenda, sed occultanda vel differenda ad tempus quo usq; scandalum fedetur, vel per legitimā admonitionem sedai debet: in casu autem in quo elemosyna esset de necessitate danda propter extremanā indigentiam pauperis vel ingressus religionis deberet totaliter impediti, nō debet elemosyna vel ingressus religionis diffiri.

9. Ad secundum dicendum quod doctrina spiritualis cūm sit genus elemosynae quę est opus misericordie ad sublevandā miseriam alterius nō est dimittenda quando creditur quod ex ea sequatur spiritualis profectus: si autē ex ea non sequatur spiritualis profectus, sed irritatio audiens iam nō est bonus spiritualis. Et ideo si rūc omittitur propter scandalum audiens, nō omittitur aliquid quod pro tūc habeat rationem boni spiritualis. Similiter dicendum est de correctionē fraterna quę ordinatur ad emendationē fratris, quia si ex correctionē non sequatur, sed potius frater scandalizetur, dimittere eam non est dimittere aliquod bonum spiritualis. Eodem modo dicendum est de punitione peccatorū, quia pēna cūm sint medicina ad cohibendum peccata in tantum habent rationem boni spiritualis, inquantū per eas peccata cohíbentur. Si autem per inflictionē pēnarum maiora peccata sequantur, tunc punitio nō erit bona, nec continebitur sub iustitia & in hoc casu loquitur Aug. quando s. ex excōmunicatione oritur periculum schismatis, tūc enim ex cōmunicatione ferre non pertinet ad veritatem iustitiae.

Sententia huius distinctionis. X X X I X.  
in generali & speciali.

P Oſt hac de dispari cultu. Superiorius determinauit Magister de impedimentis matrimonii que faciunt personam simpliciter illegitimā respectu cuiuslibet personae: hic autem determinat de impedimentis que faciunt eam illegitimam respectu aliquarum personarū. Et diuiditur in duas. Primo determinat de disparitate cultus. Secundo de cognitione vel propinquitate. Secunda. 40. di. nunc superest de cognitione. Prima est principalis lectionis, & diuiditur in duas. Primo determinat de matrimonio quod

### Sancto Porciano

est in disparitate cultus, s. infidelis ad fidēlem. Secundū de matrimonio quod est inter fidēles ibi, sunt tamen non nullū. Primo ostendit q̄ fidēlis cum infidelī nō posse contrahere matrimonium. Secundū ponit quandū obiectio: nem & soluit, ex cuius solutione declaratur, an duos infidelium matrimonio coniunctorum vñus ad fidēm converteret posse relinquere non coauersum. Tertiū inquirit vñrum propter alia peccata posse vxor dimitti. Secunda ibi, si autem queris. Tertia ibi, Hic queritur. Prima habet tres partes. Primo enim proponit intentionem, Secundū obicit in contrarium ibi, Huic videretur obiūtare. Tertiū soluit ibi, Sed aliud hic esse, aliud illud. Tertia pars principalis habet tres. Primo enim mouet quæstionem intentionem, & obicit ad aliam partem. Secundū obicit in contrarium ibi, sed econtra Ambroſius. Tertiū soluit ibi, attende, &c. Et hac in generali.

2. IN speciali autem proponit primō Magister quod disparitas cultus impedit matrimonium. Et hoc probat testimonio ve. & no. sed opponit in contrarium per autoritatē Apostoli qui dicit quod fidēlis non debet vxorem infidelē dimittere si illa velit cum eo manere. Et respondet quod Apostolus loquitur quando vñrg. in infidelitate lunt coniuncti, & alter eorum ad fidēm convertitur, tunc enim potest fidēlis infidelē dimittere propter fornicationē spiritualis infidelitatis, vel potest eam retenere pro spe conversionis, & hoc Apostolus confitit. Deinde querit vñrum propter alia crimina vir posse uxori dimittere. Et responderet quod sic, & specialiter quod matrimonium sic contrahitur quod aliqua peccata cōditio interponitur. Deinde querit vñrum si fidēlis vxore infidelē dimittitur, vel dimittitur ab ea posset aliam ducere. Et arguit pro & cōtra. In fine dicit & responderet quod si dimittitur infidelē volētem cohabitare, ea viuēt aliam uxorem ducere non potest. Si vero dimittitur ab infidele potest. In fine dicit quod quidam inter infideles dicunt non esse matrimonium legitimum, quia quod non est ex fide peccatum est, nec est ratione cōsonum, nec pudicitia, & ideo solui potest. Et responderet quod matrimonium est legitimum, sed in tantum est illegitimum, quia nō habet fundamentum fidēi, nec dicitur esse pudicum, quia nō habet bona matrimonii perfecti, & in hoc terminatur, &c.

### Q VÆ S T I O . PRIMA.

Vñrum fidēles possit contrahere matrimonium cum infidelī.

C irca distinctionē istam primū queritur, vñrum fidēles possit contrahere matrimonium cum infidelī. Et arguitur quod sic: quia duo mala magis impediunt bonū quānū vñnum, sed quād vñrc̄ est infidelis sunt duo mala & ramen non impeditur matrimonium, ergo fortior ratione quando alter est fidēlis, cum sit ibi tantum vñnum malum.

2. Item sicut est disparitas cultus inter fidēlem & infidelem, ita inter Christianū & hereticū, & inter duos infideles diuersorum rituum, sicut Iudeum & Paganum, sed inter fidēlem & hereticū, similiter inter duos infideles disparis cultus potest esse matrimonium, ergo inter fidēlem & infidelem.

3. Item Ioseph contraxit cum Egyptia, vt habetur Gen. 45, & Moyses cum Ethiopissa, vt innuitur Num. 12, & Hes. ster cum Aſuero, vt Habetur Hefer. 1. Lex etiam dicit Deut. si egressus ad pugnam videris multier pulchram in medio captiūorum & adamaueris eam, introies ad eā, dormiesq; cum ea, & erit tibi vxor, sed in omnibus his erat matrimonium infidelis cum fideli, ergo &c.

4. IN contrarium est quod dicit Apostolus, i. Cor. 7, cui vult nubat tantum in domino, hoc est cum fideli.

5. Item Deut. 7, non inibis cum eis fœdū, nec sociabis cum eis coniugia. Esdras etiam separauit matrimonia lūdzorum cum alienigenis inita Esdr. 9, ergo nullum est matrimonium fidēlis cum infidelī.

6. R E S P O N S I O . Videnda sunt duo. Primum est, an inter duos infideles sit matrimonium verū. Secundū est, an possit esse inter fidēlem & infidelem.

7. Quantum ad primum dicendum quod inter duos infideles potest esse verū matrimonium dummodo contrahant